

1102
testamenti non valet, valeat saltem jure cuiuslibet alterius vltime voluntatis
Insuper testes qui huic vltime mee ordinacioni presentes erant, et per me
specialiter vocati, sunt infrascripti, magister andreas prepositus vpsalensis
fratres iacobus et folkmarus de ordine predicatorum domini presbiteri jor-
danus sacrista johannes scolasticus andreas beringarius olauus et petrus de
sancto spiritu Jtem ciues vpsalenses layci boto in swartabiæk botulphus margarete
filius johannes petri filius, ermundus, paulus murator, Conradus cum erra et
henikinus sartor In huius igitur facti mei testimonium et evidenciam ple-
norem sigillum meum et sigilla testium superius notatorum presentibus
sunt appensa et cum omni humilitate et cordis affectu supplicans serenissimo
principi ac domino meo domino erico dei gracia duci sweorum, vt sigillum
suum huic littere apponere dignetur Datum vpsalie anno domini M° CCC° XV°
feria sexta ante palmas.

Öfverskrift. Testamentum domini byrgeri paterson vplandiarum legiferi.

2009.

1315 d. 4 April.

JON RÖRIKSSON bortbyter 3 öreländ i Kysinge i Skånella socken till Sigmund Keldorsson,
mot 2 öreländ i Ebberyd och 15 mark penningar.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum Cernentibus. JON RØRIXSON perhennem in
domino salutem Tenore presencium recognosco, me discreto viro, sigmundo
kieldorsson, suisque heredibus predia mea, videlicet tres oras terre in ky-
singe parochia skanald cum omnibus adiacenciis predictae terre, silicet, agris,
pratis, pascuis, siluis, piscaturis, ac aliis quibuslibet, nullo prorsus excepto,
titulo permutacionis prediorum dimisisse. transferens in ipsum sigmundum,
ipsiusque heredes, plenum proprietatis jus et directi dominij, predia predicta,
habendi, regendi, dandi, vendendi, commutandi, alienandi, seu quolibet alio modo
pro libito sue voluntatis libere ordinandi Jtem jdem sigmundus kieltorsson
mihi pro prediis antedictis, duas oras terre in æbbærydh sitas, et quindecim
marchas denariorum, swecie monete nunc currentis, assignavit. sed ne qua in-
posterum super hoc facto possit vel debeat suborri calumpnia, testes huius
facti sunt, discreti viri, Elauus viceaduocatus stokholmie, ceterique ciuitatenses
ibidem, quorum sigilla presentibus sunt appensa, Quia sigillum proprium
non habui nec possedi. actum et datum. anno. domini. M°. C° C° C° XV° die beati
ambrosij Episcopi.

Båda sigillen bortfallna; remsorna kvar.